

Denning  
de Episcopo Mag. Lib. r. 17.  
Hildesheim I

1978

L

1199



D. 4. 11

OO Lil

n Nimmam

— 8 —

X. ~~139~~ 68.



ACTA  
RVDOLPHI I.  
EPISCOPI HALBERSTADIENSIS  
EX ANNALI QVODAM MANVSRIPTO  
PROPONIT.  
EADEMQVE OPERA

AD  
EXERCITATIONEM ORATORIAM  
IN IOANNEO NOSTRO

d. 29. OCT. AB H. II. POST MERID.  
SOLEMNITER INSTITVENDAM

AVDITORIVM SPECTABILE  
DEMISSE ATQVE SOLICITE  
INVITAT

M. CHRISTIAN GODOFR. DERLING,

IOANNEI RECTOR, SOCIET. REGIAE TEVTON. GOETTING.

DVICAL. HELMSTAD. ET SOC. LL. AA. LIPSIENS.

SODALIS HONORARIVS.



*J. H. H. H.*

Rector.  
1872.


---

HALBERSTADII,  
LITTERIS LANGIANIS

1756.

257





**A**d seriem domesticae historiae felici stilo condendam, opus est cum lectione multorum ac varii generis voluminum, tum notitia vetustiorum annalium absolutissima. Iuvat igitur hoc loco, in gratiam eorum, qui de antiquitate aliquid a nobis fortasse requirent, ex scriptis manu de rebus Halberstadiensibus commentariis latinis, qui in adparatu illustrium LVCANORVM librario adhuc delitescunt, \*) et quorum exemplum non exstat, paucula transcribere, quibus res gestas RVDOLPHI episcopi auctor adtigit, his verbis vsus: Ex-

\*) Nostrum de illis iudicium occurrit in *disquisitione de annalibus manuscriptis Halberstadiensibus, latio sermone consignatis*, quam abhinc bienio typis excubiri iussimus.

Publico  
Ungülig  
1801  
HALBERSTADT

78 L 1199



Exauctorato Ottoni successit RVDOLPHVS,  
modo quidem non ordinario, iusto tamen et legiti-  
mo, atque ab omnibus adprobato. Quum enim ele-  
ctores ad noui episcopi electionem nollent procedere,  
sed illatam sibi iniuriam ab Ottonis exauctorazione  
contra romanum pontificem allegarent, atque exin-  
de magnum, tam in spiritualibus quam in tempora-  
libus, Halberstadii ecclesia dispendium pateretur: con-  
uenerunt Lotharius imperator, Gerardus Cardinalis  
legatus, Adelbertus Mogunt. Bernhardus Hildes. Ep.  
et alii plures viri magni et apostolici, qui vnanimi vo-  
to elegerunt Rudolphum, virum insignem, humilem  
et eruditum, ac nihil minus quam de episcopatu co-  
gitantem. Scribunt multi, Rudolphum hunc prae-  
positum S. Joannis fuisse, ac postea vicedominum in  
cathedrali; an autem regularis illa praepositura fue-  
rit, an vero secularis, vt modo illa est omnium col-  
legiorum Halberstadiensium, non ausim adfirmare,  
haecenus inter scriptores incertum. Quidquid sit,  
certum est, Rudolphum e sua praepositura, inuitis  
canonicis, inuitum ad episcopatum adscendisse, quae  
caussa fuit, vt ab Adelberto Moguntino Archiep. Er-  
fordiam duceretur, atque ibi ab eo in episcopum con-  
secraretur. Fuit episcopus valde laudabilis et magno-  
rum operum auctor, cui licet pares aliquos habuerit  
Halberstadium, paucos tamen habuit superiores.  
Praedixit Vdalrico successori episcopatum, et in eo  
bella et calamitates. Basilicam S. Stephani cathedra-  
lem



lem laminis plumbeis cooperuit. Ecclesiam S. Mariae Virg. ab Arnaldo aedificatam, fundamentis novis, aucto spatio, ita ampliavit ornavitque, ut potius eius exstructor, quam restaurator, dici debeat. Iter illud, quod nunc per immeabilem illam paludem est, vulgo dicitur Damma Hassiae, eius est opus. Scripsit plurima, maxime in Psalterium sacramque scripturam, quae multo tempore in bibliotheca S. Ioannis, et in Conradiburgo Carthus. monasterio, manuscripta exstiterunt, usque dum a religionis hostibus ea destructa sunt. Quod autem plurima eius scripta ignorentur, id ex errore librariorum, qui sine nomine illa divulgaverunt, tum etiam quod alii illa scriptis suis inseruerunt. Lotharium imperatorem, post compositos Italiae tumultus, in Germaniam reducem, sed repentina morte in Italiae finibus, peste, ut ferunt, extinctum, in Koenigslutter monasterio regio, paullo ante a se fundato, sepeliit. Obiit ipse, postquam sedisset annos quindecim, A. 1149. et sepultus est in ecclesia b. Mariae V. in choro, sub hoc epitaphio: „Hoc in loco sanctae memoriae sepultum est corpus Rudolphi, quondam episcopi Halberstadiensis, renovatoris huius ecclesiae, Anno Domini millesimo ducentesimo quadagesimo septimo, secundo nonas Octobris, cuius anima requiescat in pace.“ Quo autem loco interim iacuerit, omnes tacent. Ad Rudolphi tempora refertur fundatio monasterii Michaelstein ordinis Cisterciensium,





fium, facta a Beatrice imp. filia, Abbatissa Quedlin-  
burgensi, virgine religiosissima, translatis in eum lo-  
cum monachis ex Hercynia filua, ad S. Volcmarum,  
loco horrido, saltuoso et incommodo, ob penuriam  
aquae. Creuit dictum monasterium, successu tempo-  
ris, tantis opibus, ex marmore potissimum, qui iux-  
ta effodiebatur, vt pro comitatu Winningano defi-  
cientibus successoribus, monachi numerauerint flo-  
renorum millia viginti tria. Et cum deficientibus  
salinis Luneburgicis, ciuitas reparandis non sufficeret,  
Michaelsteinenses tantam pecuniae summam expe-  
diuerunt, vt pro censu annuo inde receperint floren-  
nos quingentos. Fundatum praeterea est hoc tem-  
pore a. 1145. prope Brunswigam, in dioecesi Halber-  
stadiensi, nobilissimum monasterium Riddagshusa-  
num, ord. Cisterciens. a Rudolpho dynasta ex perue-  
tusta familia Wendenorum, quod prius Mariae Cel-  
la uocatum, vt constat ex quadam bulla Eugenii, da-  
ta a. 1146. Breui post a Riddago, Rudolphi fratre,  
qui praedium suum Hauffn dictum, loco situm com-  
modiore, ad aedificandum ibi monasterium, tem-  
plumque contulerat, cum riuulis nemoribus et pascuis,  
adpellatum est.

Halberstadii ecclesia est S. Pauli canonicalis, quam  
Burcardus secundus episcopus, in consecratam reli-  
querat, Reinhardus autem dedicauit, et tam pro eius  
quam adiuncti claustri sustentatione ac reparatione,  
nundinas annales in festo S. Galli instituit, quod post-



ea Rudolphus I. confirmavit, vt patet ex eius banno defuper facto a. 1136. d. IV. Nov. quod sic habet:

*Ego Rudolphus S. Halberstad. eccles. divina praeordiante clementia humilis minister, videns cottidie res ecclesiarum distrahi, laica temeritate, decreui eas banni nostri autoritate roborare, ne hoc solum mea facilitate videar negligere, quod ecclesiae possum et debitor sum facere. Accepimus non tantum scripto, verum etiam adhuc viventium testimonio, quod beatae memoriae praedecessor noster Burcardus II. sancti spiritus admonitione pulsatus, ecclesiam in Halberstad in honorem b. apostolorum, Petri et Pauli, et omnium simul apostolorum, fundavit, et eam praediis et decimis ad sustentum XII. Canonorum dotavit. Sed quia praeventus morte, templum non sacratum reliquit, felicis recordationis Reinhardus, longo post tempore in eiusdem dignitatis gradum subsequutus, eandem ecclesiam consecravit, in cuius consecratione forum constituit, et eius telonium ad tegendum monasterium et claustrum donavit, et res eius iam pridem dilapidatas, quantum valuit, redintegravit, et eis plurima conferens, ampliauit. Nobis itaque communicato praepositi eiusdem ecclesiae confici instrumentum consilio placuit, eas a quocunque apostolis Dei oblatas privilegio, impressione nostri sigilli insignito, commendare, vt quis deinceps et eas distrabere horrescat, et hactenus iniuste possessas obtinere pertimescat.*

Quae



Quae sequuntur, breuitatis studiosi, alio loco cum lectoribus benignis communicabimus. Progredimur ad illud, quod praecipuum locum vindicat in hac paginula. Etenim publice nominandi sunt adolescentibus probi et literarum amantes, quibus in animo est, nostro sub moderamine, facultatis oratoriae documenta quaedam publica dare. Igitur ut frequentissimi conuenire velint, qui eloquentiae et honestis artibus pretium statuunt, rogamus impense ac reuerentissime.

---

---

**Namensverzeichnis**  
der  
**auf tretenden jungen Redner**  
samt den Hauptsätzen ihres Vortrags.

1. **Johann Lorenz Witzel**, aus Breitenstein in Thüringen, behauptet, daß die wahre Hochschätzung fremder Verdienste, ein Mittel zur Erlangung eigener Verdienste sey.
2. **Johann Heinrich Gottlieb Reiber**, aus Göttingen, erweist die Fähigkeit der Jugend zu einem tugendhaften Wandel, in einer deutschen Rede.
3. **Samuel Otto Christoph Dohmeyer**, aus Halberstadt, stellet die eingebildete Glückseligkeit derer, die des wahren Glücks amnoch erlangen, in einem französischen Gedichte vor.
4. **Johann Friedrich Daniel Weiß**, aus Stötterlingenburg, **Johann Christoph Eissfeld**, aus Harzgerode, **Johann Carl Gottfried Koch**, aus Wiehe in Thüringen, und **Heinrich Volkmar Hoppe**, aus Großenehrich, unterreden sich mit einander, auf eine belustigende Art, über den frühzeitigen Stolz lehrfuchtiger Knaben.
5. **Johann Andreas Reichmüller**, aus Harzleben, bildet den zierlichen Müßiggänger, in einem deutschen dactylischen Gedichte ab.
6. **Johann Matthias Krieg**, aus Halberstadt, erweget in lateinischen Versen, die Vergänglichkeit unsrer selbst und der größten Dinge auf Erden.

7. **Johann**



7. Johann Lorenz Wigel, betrachtet in gebundener Rede, die immer schöne Welt, als eine große Lehrerin der Fröhlichkeit.
8. Johann Heinrich Gottlieb Reiber, empfielt der himmlischen Vor-  
sorgung mit eifersvollen und allerdemüthigsten Wünschen, das unverrückte  
Hohergehen Friedrichs des Großen, unsers allerdreistesten  
Königs und Beherrschers.

## Text zur Musik.

### Zu Anfang.

**Tutti.** Ihr Gerechten freuet euch des Herrn, und danket  
ihm, und preiset seine Heiligkeit. Ps. 97, 12.

### Nach der zweiten Rede.

**Arietta.** Frey, wohllich, ungepäßt und sicher;  
Lebt, Jüngling, nie ein Sittenfeind.  
~~Sey deinem Wohl beförderlicher,  
Und werde bald ein Jugendfreund.~~

### Nach der sechsten Rede.

Die schnelle Furcht der Zeiten,  
Des Grabes Einsamkeiten,  
Den stündlich nähern Tod,  
Unausgekost betrachten,  
Ihr denen, die drauf achten,  
Ein seliges Gebot.

### Zum Beschluß.

Was Helden der Vorwelt, durch tapfres Bemühen,  
Unendlichen Nachruhm zuwege gebracht,  
Was Väter des Landes Gott ähnlich gemacht,  
Verherrlichter Friedrich, das alles ist Dein!  
Glorreichster! Du bist uns vom Himmel verliehen,  
Ein Werkzeug der himmlischen Güte zu seyn.

(\*\*)

(\*)

(\*\*)



78 L 1199

ULB Halle

3


001 921 24X











ACTA  
RVDOLPHI I.  
EPISCOPI HALBERSTADIENSIS  
EX ANNALI QVODAM MANVSCRIPTO  
PROPONIT,  
EADEMQVE OPERA  
AD  
EXERCITATIONEM ORATORIAM  
IN IOANNEO NOSTRO  
d. 29. OCT. AB H. II. POST MERID.  
SOLEMNITER INSTITVENDAM  
AVDITORIVM SPECTABILE  
DEMISSE ATQVE SOLICITE  
INVITAT

M. CHRISTIAN GODOFR. DERLING,  
IOANNEI RECTOR, SOCIET. REGIAE TEVTON. GOETTING.  
DVICAL. HELMSTAD. ET SOC. LL. AA. LIPSIENS.  
SODALIS HONORARIVS.



*J. H. H. H.*  
Rector.  
1872.

HALBERSTADII,  
LITTERIS LANGIANIS

1756.

257